

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

16 Februarij. 14 Cal. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

122 ANNI CISTERCIENS.

solitudo, quam tuis precibus mihi à Deo postulo impetrari: ut nimis nullæ mihi obſtrepant turbae vinarum, inutilium, & cælo innidnarum cogitationum, quæ suum tumultu pia desideria perturbant.

S. BERNAARDUS, ser. I. de diversis.

Solitu- Erraverunt in solitudine. [psal.
do su- 106.] *Solitudo hæc superborum est;*
perbo- *quia solos se reputant, solos appetunt*
rum— *reputari. Literatus est; odit socium.*
Aptitus in negotijs ſecularibus: nemini
nem vellet ſibi ſimilem inveniri. Pe-
cuniosus est: si ditescere viderit alte-
rum, cruciatur. Fortis, aut formo-
fus: da ei parem, & tabescet. Errat
in solidudine ſua.

(*) (*) (*) § (*) (*) (*) (*) (*)

16 Februarij, 14 Cal. Mart.

Floruit B. SIFFRIDE, Heisterbacensis mo-
circa nache: qui tam celebris fuisti pro-
annum phetiæ ſpiritu, ut vix te alio nomine
1209. vulgus appellaret, quam Prophetæ.
Ut Deipara Mater tuæ erga ſe pietati
reſponderet, ac flamas amoris auge-
ret, ſe tibi non raro ſpectandam dedit.
Ordinibus initiatus, inter Missæ cele-
brati-

brationem in cœlum raptus, ea vidisti,
quæ effari te humanâ lingua non pos-
se, fatebaris. Tandem in venerabili se-
nectute migrasti ad illa gaudia, quo-
rum notitiam ex frequenti prægustu
hauseras. *Commenda me miserum pecca-*
torem Refugio miserorum omnium Mariae: ^{Mariæ}
patro-
ciniū.
ut quamvis oculi mei, vitijs corrupti, non
sint digni, illam in hac lacrymarum val-
le spectare: illius tamē auxilio perpurgati,
non excludantur à conspectu ejus in cælo
glorie.

B JOANNE S: de cuius sati s Floruit
plum præconium est, dicere, te ex al circa
veario BERNARDI prodijſſe: preser annum
tim cùm ille te arctissimo dilectionis 1149.
vinculo sibi constrinxerit. Ab eodem
præpositus monasterio Casæmarij, o-
pere & verbo demonstravisti, à quo
accepferis regendi præcepta. Cùmque
totum te tuorum commodis impen-
dere videreris; vix tamen unquam à
cœlestium speculatione separabar; s
divino lumine multa arcana tibi ma-
nifestante. Ex quorū numero fuit illa E. cælo
epistola consolatoria; quam à te melli- arcana
fluus parens accepit; dum per omnem cognos-
Europam, sinistri successus ergo in ex. scit.
peditione Jerofolymitana, ab imperi-
tis innocentissima ejus fama proscin-
deretur. Ibi sub filiali confidentia ei-

dem aperuisti: quod instruentibus te per vitum; Ecclesie Tutelaribus Patronis, Petro & Paulo, certum esse cognoscere.

Judici. veris: militarem contra infideles apud Divi- paratum, ex insperata tot copiarum na, ab interneione, infelicem appellari judi- huma- cio quidem humano, at non Divino: nis longe celi militiam augente magna illa mul- gè di- titudine; è qua pars pleraque periret, versa. nisi per calamitatum viam, in conatu & causa summæ pietatis, cœlestis Je- rosolymæ muros, loco Palæstinæ, oc- cupavissent. *Superna illa Civitas* etiam Vigilē mihi expugnanda proponitur. Sacramen- esse de. tum dixi supremo Duci Christo vixdumna- cet mi- tuis miles. Renovata est inde fides solenni- litem bus in Religione Votis. Tu munus in te re- cipe vigiliarum præfecti; nec permitte, ut remissè, aut somnolenter obeam stationes, à quarum vigilancia tota penderet, seu felix, seu dolenda æternitas.

S. BERNARDUS, ser. 6. de divers.

Si quando forte per incuriam, & ne- Dei au- gligentiam nostram, transferit cogita- xilium implo- tio inutilis etiam in affectum cordis: randū scientes, quoniam non macula est jam in ten- sed plaga; tota festinatione ad auxili- tatione um spiritus, qui adjuvat infirmita-

tem

tem nostram, recurramus; clamantes illud de psalmo [40.] Domine miserere; sana animam meam, quia peccavi tibi. Humanæ enim sunt tentationes istæ; nec ex toto caveri possunt, quamdiu in hoc corpore mortis peregrinamur à Domino.



17 Februarij. 13 Cal. Martij.

B. GALDERICE, sanctissimi Patris Obiit anno 1124.
B. BERNARDI Avuncule, in Christo fili; rursumque auctoritate & æta-
te pater. Cùm enim illius, juvenis ad-
huc Abbatis, miracula patrandi po-
tetas, tibi videretur aliquid sapere præ-
sumptionis; fidenter à te increpatus, Ber-
nardo interdi-
cendum se exhibuit animi demissione. cit pro-
digia:
Sed eadem nocte (quasi reciprocus u-
triusque amor, filij patriisque vices al-
ternatim obeundas partiretur) illius
non paternam solùm, sed & medicam que
manum implorare coactus es, ad ab- mox ab
stergendos acutissimos capitum dolores. eo petit.
Et ille quidem, postquam suavi joco
pridiani prodigiorum interdicti men-
tionem fecit, non minore promptitu-
dine opem, quam prius verba increpa-